

**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Elegia 19. Ioannis caput in disco ferale furiarum epulum detestatur pietas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

Flagitiique horrore, Cupidineisque sagittis,  
Queis pius ambussit pectora casta dolor.  
Illud erat toties pulchro cur arserit igni;  
Ambierit sacro mortis honore frui.  
Cerne tui sceleris testes in morte minaces  
Hos oculos, istic vindicis ira flagrat.  
Morte suâ seris hoc ut scelus arguat annis  
Posthuma vox; nolet publica fama mori.

*Elegia 19.***Ioannis caput in disco ferale furiarum  
epulum detestatur pietas.**

**A**rguit incestum vatis vox ferrea crimen,  
Libera seculo mens cui corde sedet.  
Et verò lupa spurca nouas ubi ruminat iras;  
Arbit in vtrices facta leæna faces:  
Nam sæcum placidâ videoas in pellice monstrum.  
Cui Charis ore, sedet torua Megæra sinu.  
Fac epulum natale, foresque intexè coronis;  
Vertet in exsequias sertæ, dapesque dolor.  
En, lances ferale caput, cyathique coronant:  
Hoc decet hîc, festis texta corona rosis.  
Siccine natales reparat lux candida Soles;  
Si Rex atra necis pignora lance gerat?  
Deque crux sacro sæuos furor hauriat ignes;  
Pax ubi festa leui versat in orbe choros?  
Prô funesta dies, hunc quæ parit atra furorem!  
Lux ubi natali fulserat alba toro.  
Quis non hic timeat concors in crimina nomen,  
Rex ubi tale nefas orsus, & orsa soror?  
O procul hinc virgo, flos occidet ipse pudoris.  
Et procul este nurus, hîc probra specto tori.  
Væ! væ! misero cur tam grauis incubat vltor,  
Et cui vox iræ conscia fulmen alit?  
Vinit, adhuc viuit mutæ vox nescia mortis.  
Apta loqui truncum sit sibi lingua caput.

Fit

**F**it tuba Vox. cœlo vindex it clamor in hostem.

Vocis ut incidit mucro scelestus iter.

Vocalique tuos accusat morte furores.

Si non vindicias experat inde suas.

Clamor it hic cœlo. scelus opprime terra sepulcro.

Vita scelus. supera clamat ab arce Themis.

Ceu fera pascere sacro rabiem nunc sanguine. sanguis

Per tua quem fundas vulnera. semper erit.

*Elegia. 20.*

**T**otus orbis insanum & impium Hero-  
dis imperium de Ioannis cæde  
damnat.

**A**Uricomus roseo dux qui prælucet Eoo,  
Phosphorus augustis impulit astra rotis.

Festus 10. letio festus sol ardet in ostro.

Natalemque redux imperat ire diem.

Auspice iam Como. Cypris detupta Lyco.

Increpat argutæ tinnula plectra lyre,

Flexanimes facundæ modis chelys erudit orbes,

Orbes. flexipedem queis regit illa chorum.

Leno Cupido caput choreæ. prægit ille magister,

Multus enim ludo. multus & ille lyræ est.

Turpis amor casto sed ubi depugnat amori:

Ah! amor incesto castus ab hoste perit.

Quæ salit. ac numerosa trahit vestigia pellex;

Opprimet inuisum frons cui pura. caput.

Quid cum vate choroque? choris ager ille choragum?

Hos fugit. alba nigris damnat ut agna. lupos.

Inde rapace reus præscindit acinace vocem,

Absonus ab verbo qui fremit arma. furor.

An silet illa? cauissaxis memori accepit Echo

Hoc scelus. & mœstis succinit vnda modis.

Ingeminantque egri murmur lacrymabile venti.

Audieris ventos plangere; crede tubas,

Sed tristes sine flore tubas. grandesve querelas,

Queis dolor id rotolo damnat in orbe nefas.

Addit.